

deficiente prole mascula, erant heredes patris sui Salphaad ad alienam tribum devolveretur: cui questioni respondet Moses, modumque congruum quo id fiat, suggerit, dicens: *Nubant maritis tribis sue*; idque deinde generali sanctione, omnibus ejusmodi feminis et viris precipit. Secundo, idem patet ex fine legis, quem subdit hic Moses dicens: *Ut hereditas permaneat in familiis*: ad hoc autem sufficit feminas illas que heredes sunt, non nubere in alia tribu: impetrare vero est id ipsum ad alias omnes extendere. Nam aliae cim non habent hereditatem, nequitque eam in aliam tribum transferre: viri autem suam hereditatem ad feminas alterius tribus, ac consequenter ad aliam tribum transfundere nequeunt: proles enim sequuntur nomina patris, non matris.

Tertiò, id ipsum clarissimum est in Hebreo: sic enim habet: *et omnis femina hereditatis habilitatem, nubet uni ex tribu sua*. Sic et Chal'd, Septuag. et omnes Hebrei. Ergo de sola feminâ que hereditatem adit, huc lex est intelligenda. Quartò, id patet exemplis. David enim, qui fuit de tribu Juda, duxit Michal filiam Saulis, qui erat de tribu Benjamin; immo extra tribum suum duxit gentilem, scilicet filiam regis Gessuri, 2 Reg. 5, 3. Sic Mahalot et Chelion, filii Elimelech, duxerunt uxores Moabites, ut patet Ruth, 1, v. 4. Sic Booz duxit Ruth Moabitensem, Ruth, 4, v. 10. Hinc et Deut. 21, v. 11, permittit Iuda dicere virgines alienigenas, praterquam Chanaanitides, bello captas. Sic Judic. ultim. 1, jurant aliae tribus quod non dabunt filias suas in coniugium Benjaminitis; ergo antea id facere licitum et consuetum erat.

Dices: Cur ergo noster interpres id non expressit, sed generaliter veritatem: *Omnis viri ducent uxores de tribu sua*; et vice versa: *Cuncta feminae de eadem tribu maritos accipiunt*? Respondeo, quia presuppositum ex questione proposita, et ex responsione versus 6, tantum hic agi de feminis que hereditatem aduent, et de viris, quae tales in conjugiis accipiunt. Hinc quod noster veritatem: *Omnis viri ducent uxores de tribu sua*, sic ex Hebr. cum Chal'd, et Septuag. veritas: *Singuli possessioni tribis patrum suorum adhaerebunt*, scilicet filii masculi patribus suis succedent; feminae vero, si heredes sint, nubent aliqui sue tribus, ut videlicet nulla hereditatis ex una tribu in aliam derivari sit occasio. Ita Burg., Cajet., Oleast., Vatabl. huc, et Andreas Masius in Josue 17, v. 4.

Nota. Ex Hebr. colligitur filias, 'deficiente prole mascula, heredes debuisse nubere non

tantum in eadem tribu, sed etiam in eadem familia proxima, ne carum hereditas transiret ad exteriores familias, sed ut maneret in familia patris consanguineis, qui ad eam casus inhebant. Sic enim habent Hebr. v. 6: *Familiae tribis patris sui erant in uxores*. Et v. 8: *Omnis filii hereditans hereditatem, etc.*, *uni de familiis tribib[us] patris sui erit in uxorem*; ut accipiant hereditatem filii Israel unusquisque hereditatem patrum suorum. Quapropter filii Salphaad nupserunt in eadem familia, scilicet filii patrum suorum, id est, consobrinis suis, ut dicitur v. 11. Et sic conciliamus genealogiam Christi apud Matthaeum et Lucam, dicendo quod uteque vero describit genealogiam Christi, eò quod B. Virgo heres nupserit consobrino suo, scilicet Joseph: Joseph enim fuit filius Jacob, B. Virgo fuit filia Heli sive Joakim; Jacob autem et Heli fuerunt fratres germani, scilicet filii Nathan. Ergo genealogia Christi apud Matthaeum vera est ab Adam usque ad Nathan per lineam paternam, scilicet per parentes Joakim, qui fuit avus Christi: Lucas vero candem describit, sed per lineam maternam, scilicet per parentes S. Annae matris S. Virginis. Cum enim jam esset descripta a Mattheo series omnium generationum per lineam paternam, noluit eam repetere Lucas, sed ulti- terius voluit ostendere Christum et B. Virginem etiam per lineam maternam esse de domo ac familia David. Unde cum Lucas dicit: *Qui fuit Heli, nominat Christi avum, ac primum Christi progenitorem masculum, omissa B. Anna et B. Virgine, quid mulieres non solebant ingredi genealogiarum series*. Rursus cum Lucas ait de Heli: *Qui fuit Matthath, intellige non filius, sed gener: Matthath enim fuit pater non Heli sive Joakim, sed S. Anna uxoris Joakim*. Cum vero ulterius ait de Matthath: *Qui fuit Levi, qui fuit Melchi, etc.*, intellige semper *et filius*. Illi enim sunt vere progenitories Matthath, cuius filia fuit S. Anna. Ita ferè Franc. Lucas ibidem.

Ex hoc loco sic explicito rursus patet quomodo B. Virgo existens de tribu Juda, cognitam habere potuerit Elizabeth, quae erat de tribu Aaron et Levi. Huius enim causa et fundamentum non fuit quod Leviticus soli possent ex alia tribu uxorem ducere, ut multi volunt: sed quod omnes feminae nubere poterant maritis, qui erant ex alia tribu, si ipse haberent fratres, ita ut ipsa non essent heredes parentum suorum. Si enim ipsa essent heredes,

non poterant nubere in alia tribu, multo min-

nus poterant nubere Levitis. Levite enim nullius hereditatis erant capaces: quia hereditas eorum erat Dominus; ac consequenter filii Levitarum nec patris, nec matris hereditatem adire poterant.

Ergo dicendum hic est unum ex duobus, sci-
jicit, quod mater vel avia B. Virginis fuerit ex tribu Levi (fueritque amita, aut consobrina Elizabeth), quam, eò quod non esset heres, in uxorem duxerit pater, vel avus B. Virginis, qui erat ex tribu Juda, ita ut B. Virgo secundum paternam stirpem fuerit ex Iuda, secundum maternam ex Levi. Aut potius vice versa dicendum est, quod mater vel avia. S. Elizabeth fuerit ex tribu Juda (fueritque amita, vel cognata B. Virginis), quam eò quod non esset heres, duxerit pater vel avus S. Elizabeth, qui erat de tribu Levi, ita ut S. Elizabeth quadam patrem fuerit ex Levi, quadam matrem ex Juda. Sic enim factum est B. Virgo et Elizabeth essent durarum sororum, aut consobinarum filie, ac proinde essent cognata, esto patres haberent diversarum tribum, ac consequenter et ipse essent diversarum tribuum: non enim ex matre, sed ex patre quisque sorierebat familiam, tribum et nomen. Hinc salvâ tribum discretione, reges in uxores duecunt filias pontificum, et pontifices filias regum, teste Josepho: atque ita Christus ex regibus Iuda descendentes, per avias suas descendit quoque ex Levi.

Vers. 7. — ET COGNITIO. Cognatio haec generalis est, quia scilicet est inter contributiles. In re ergo hic idem sunt, cognatio, tribus et

familia. Tantum enim hic praecipitur, ut ejusdem tribus uxores, vel maritos accipiunt, non autem, ut ejusdem familie particularis, et proximae.

Vers. 12. — QUE ILLIS FUERAT ATTRIBUTA. Haec non habentur in Hebreo, sed intelliguntur: ministrum possessio patris Salphaad, que his eius filiabus à Mose attributa erat, hæc ratione per connubium videlicet contributum sororum, mansit in tribu eorum, videlicet in Manasse, hoc est, in ea manere debut, nec ad aliam tribum transferri potuit.

Mystice, possessio nostra constans et perpetua, nec alienanda, ex cœlum et aeterna Dei gloria. Dum ergo vivis, dum vales, ô homo, ô viator, cogita quod omnia tempus habent, et suis spatiis transirent universa sub celo.

*Enim fugaces, Posthume, Posthume,
Labuntur anni.*

Cogita quod cuncta sub sole vanitas sunt, vanitas vanitatum, et omnia vanitas. Cogita quod pro omnibus cogitatis, dictis, et factis adducet te Deus in iudicium. Memento ergo *Creatoris tui in diebus juventutis tuae, antequam revertatur pulvis in terram suam unde erat, et spiritus redat ad Deum qui dedit illum*: quoniam ibi homo in dominum *ETERNITATIS SUE*. Cogita quod vita haec sit palestra *ETERNITATIS*. O filii Adam, ut quid cadute ambitis? O curve in terras anime, et colestium inanis, cur momentanea et mox perire sectantur? Utinam sapienter homines, utinam intelligent, utinam sibi providerent beatam *ETERNITATEM*!

DOXOLOGIA DEI DUCTORIS ET DOMINATORIS, EX GESTIS ET EPITOME NUMERORUM.

Magnus Dominus, et laudabilis nimis, in ci-
vitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

Quam pulchra tabernacula tua, Jacob, et tentoria tua, Israel! ut valles memorose, ut horti juxta fluvios irrigui, ut tabernacula quæ fixit Dominus, ut cedri propæ aquas.

Castræ Dei sunt haec; haec sunt multititudines Iuda, haec millia Israel et Levi.

Deus eduxit illi de Ægypto: cuius fortitudo similis est rhinocerotis.

In ipsis ventribus gentes, usque ad terminos terræ; ossaque eorum confringet.

Accubans dormivit ut leo, et quasi leona,
quis suscitabit eum?

Dominus dux eis fuit; et elongar victorie regis in eo.

Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit, et deficit anima mea in atria Domini.

Ubi numerati et signati sunt duodecim millia,
ex qualibet tribu Israel; qui amicti sunt stolis albis, et palme in manibus eorum.

Qui laverunt stolas suas, et dealbaverunt eas in sanguine Agni.

Idcō sunt ante thronum Dei et serviant ei die nocte in templo eius : et Agnus deducet eos ad vitæ fontes aquarum.

Quā pulchri Nazarei eius ! candidiores nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchiores.

Duxisti, Domine, populum tuum, sicut oves, in manu Mosis et Aaron.

Fuisti ei in velamento nubis per diem, et in luce stellarum per noctem.

Confiteantur in Domino misericordia eius ; et mirabilia eius filii hominum.

Qui traduxit populum suum per desertum quadriginta annis; quoniam in eternum misericordia eius.

Vestimenta eorum non sunt attrita; non erat in tribibus eorum infirmus.

Profecti sunt de Sina, instructi acie, clangentibus tubis; arca processit eos.

Surge, Domine, et dissipetur inimici tui, et fugiant, qui oderunt te, à facie tua.

Panem de celo prestisisti eis, omne elecentum in se habentem, et omnem saporis suavitatem.

Concupiunt concepcionem in deserto; ascendit illis de mari ortygometra.

Aduerūt eis erant in ore ipsorum; et ira Dei descendit super eos.

Ignis devoravit partem castrorum; sepulti sunt in sepulcris concupiscentiae.

Septuaginta senes inplevit Dominus spiritu suo : ut cum Mose regenter populum.

Exploratores ad murmur concidurant plehem, juravit Dominus, quod omnes murmurantes prosterneret in deserto.

Josue et Caleb secuti sunt à tergo potentiis, prohibere gentem à peccatis, et perfringere murmur malitia.

Idcō hi soli ingressi sunt terram fluentem lac et mel; et dedit Dominus ipsi Caleb fortitudinem; ut videnter omnes filii Israel, quia bonum est obsequi sancto Deo.

Addidit Aaron gloriam, dedit illi suas victimas et primitias; ipse est enim eius pars et hereditas.

O Domine, tu es pars hereditatis mee, et calicis mei : tu es qui restituies hereditatem meam mihi.

Quid enim mihi est in celo : et à te quid volui super terram?

Deus cordis mei, et pars mea Deus in aeternum.

Core, Dathan et Abiron, invidentes irritaverunt Mosen in castris, et Aaron sanctum Domini :

Aperta est terra ei deglutivit Dathan; et operuit super congregationem Abiron.

Et exarsit ignis in synagogā eorum, flamma combussit peccatores.

Virga Aaron floruit, et produxit amygdalas, ut electus a Deo ostenderetur Aaron, in sacerdotem aeternum.

Jussit Dominus castra sua esse sancta, et immundos expiari cinere virtute rufa.

Irritaverunt Mosen ad aquas contradictionis, exacerbaverunt spiritum eius.

Iratus titubavit Moses, idcō exclusus est à terra promissionis.

Aaron pariter mortuus est in Hor; murrarunt rursus in tabernaculo suis.

Misit in eos Dominus ignitos serpentes; sed per serpentem zemnum curvavit eos.

Constituimus Deo, cœli, quoniam in eternum misericordia eius.

Qui occidit Sehon regem Amorrahorum; quoniam in eternum misericordia eius.

Et Og regem Basan; quoniam in eternum misericordia eius.

Et dedit terram eorum hereditatem populo suo : quoniam in eternum misericordia eius.

Venit Balaam, ut malediceret Israel : asina loquens corripuit hominis insipientiam.

Pro maledictione benedixit, dicens: Quomodo maledicam eum qui maledixit Deo?

Moritur anima mea morte justorum; et flant novissima mea horum similia.

Qui benedixerit tibi, erit et ipse benedictus; qui malodixerit tibi, in maledictione repabitur.

Orietur stella ex Jacob; et consurgent virga de Israël.

Et percutiet duces Moab : et vastabit omnes filios Seth.

Initiati sunt Hebrei Beelphégor; fornicati sunt cum filiabus Moab.

Irritaverunt Deus per eum idolum, et idolothysa: hinc multiplicata est in eis plaga et ruina.

Stetit Phineas, occidit Zambri principem : et placavit, et cessavit quassatio.

Et reputatus est ei in iustitiam; dedit ei Dominus sacerdotum aeternum.

Confiteantur Domino misericordia eius; et mirabilia eius filii hominum.

Moses moriturus imposuit manus Josue; constituit eum ducem populi.

Sonxit victimas et libamina per singula festa et sabbata; sonxit leges de votis filiarum et uxorum.

Occidit quinque reges Madian et Balac, qui scandalam Beelphégor proposerat filiis Israel.

Ruben et Gad dedit terram Og et Schon, obivit quadraginta duas mansiones in deserto.

• Limites Chanaeae possidentes descripsit; statuit principes, qui terram populo dividarent.

Urbes et suburbana jussit dari Levitis; et constituti homicidii urbes refugii.

Filiis heredes jussit nubere in tribu sua; ne ad aliam tribum transferretur Iudeitas.

Hec sunt iudicia tua sancta, Domine, quae

dedisti Mosis, examinata et probata instar argenti purgati septuplum.

Revela oculos meos; et considerabo mirabilia de lege tua.

Narraverunt mihi iniqui fabulationes; sed non ut lex tua.

Omnis consummationis vidi finem; latum mandatum tuum nimis.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto: sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.

IN DEUTERONOMIUM COMMENTARIUM.

Argumentum.

Pentateuchus integer, olim apud Hebreos unus tantum fuit liber legis. Unde et hebrei, et latine lex à Christo et Evangelistis vocatur; ut Lucas ult. v. 44: *Meccese sunt implore omnia, que scripta sunt in lege Mosis, et prophetis, et psalmis de me;* et Luce 2, v. 25 et 24: *Sicut scriptum est in lege (Exodi 15, 2) Domini: quia omne masculinum adspersum vulnus, sanctum Domino vocabitur, et ut daret hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini (Levit. 12, 8): Par turtarum, cui duos pullus columbarum,* et Luce 40, 26: *In lege (Deut. 6, 5) quid scriptum est? Ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo; Joan. 1, 47: Quem scriptus Moses in lege; Matth. 7, 12: Hoc est enim lex et propheta; Matth. 22, 36: Quod est mandatum magnum in lege? Similia sunt, Acto 24, v. 14; Act. 28, 25 et alibi. Postea vero Pentateuchus secundum quintuplicem materialm quam tractat, dissecatus fuit in quinque partes, seu libros. Unde quinta haec sectio, vel liber, à sui exordio more hebreo vocatur *Elle haddeborim*, id est, *ista sunt verba, à gracie interpretibus, ac primi à Septuag. ut videtur, Deuteronomium, id est, secunda lex, et à Rabbinis Mine, id est, Iteratio legis, est appellatus, non quasi novum, et aliud a precedentibus legem veterem continet, sed quod legis in Sina, à Deo ante 38 annos late, ei tribus superioribus libris, scilicet Exodo, Levitico et Numeri descripte, sit repetitio et explicatio. Ita Theodor. hic q. 4, S. Aug. q. 49, et Athanas. in Synopsi S. Scripturae. Unde S. Hieron. in Prologo Galateo (qui quasi galea libris omnibus S. Script.**

præfigitur): Deuteronomium, inquit, secunda lex, et evangelice legis præfiguratio, nonne sic habet ea quæ priora sunt, ut tamen nova sint omnia de veteribus? Porro repetitio hæc legis, à Mose jamjanum mortuore facta est anno 40 exiit ex Egypto, paulò ante quām Hebrewi transirent Jordaniem, et ingredieruntur in Chanaan, in campesribus Moab, puta in Abel-satim, quæ fuit quadraginta secunda et ultima mansio Hebreworum in deserto.

Causa repetitionis fuit duplex: prima, quod sene omnes qui ex Agypto egressi erant, et primam legem in Sina audiuerant, ob murmur exploratorum, Num. 14, jam mortui erant; et populus praesens erat novus, qui priorem legem promulgari non audierat. Unde hæc secunda legis promulgatione, iteratio Dei novum cum Hebrewis fodus init, ut dicunt, cap. 29, v. 1. Secunda, quia Moses jam moriturus, ultimumque suis sibique commissis Hebrewis, quos præ vita sua diligebat, vale dicturus, hæc repetitione legem profundius atque tenacius imprimere voluit. Ultima enim parentum, principis et doctorum verba tenacis filii et subtilis inherent. Ille Deuteronomium est velut incensus, et perpetua quedam concio, cäque de causâ Moses, c. 17, v. 18, jussit, ut novi reges eligendi describant sibi Deuteronomium, ut discant, ait, timere Deum. Eadem de causâ, c. 31, 10, jussit, ut Deuteronomium toti populo quolibet septimo anno remissionis legatur; quinimò illud ipsum lapidibus, ad aeternam memoriam inscribi jussit, Deut. 27, 5, et Josue 8, 52.

Auctor Deuteronomii, ut et totius Pentateuchi, est Moses, qui illud primi populo vivâ voce